



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 39. Severus accusatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

ni, & Imperatricis Euphemiæ, Summo-  
 rum Principum, S. Archiepiscopi Con-  
 stantinopolitani Joannis, & Concilii quod  
 ibi congregatum est, S. Cætum in Eccle-  
 sia S. Mariæ DE JAMPSOUPHE actu-  
 ri simus. Mane in hoc loco convenie-  
 mus, ut hinc cum Cereis & Incenso can-  
 tantes procedamus. Omnes adsint! Ar-  
 chiepiscopus subjunxit: Sabbato sub cre-  
 pusculum Officium Vespertinum in eadem  
 Ecclesia S. Mariæ recitabimus. His con-  
 tinguere omnes, & celebrata est Missa.

## §. XXXIX.

*Severus accusatur.*

Epiphanius Archiepiscopus, & Episco-  
 pi ipsius Suffraganei, datis ad Con-  
 cilium Constantinopolitanum litteris ad  
 Epistolam, quam inde acceperant, re-  
 sponderunt, approbantes, quod damna-  
 tus fuisset Severus. Crimina ipsius pro-  
 lixe referentes dicunt: Clericos absque  
 consensu suorum Episcoporum excommu-  
 nicavit, ab aliis Excommunicatos rece-  
 pit, & Munere suo fungi permisit. Pres-  
 byteros ab Episcopis ordinatos, quod eos  
 pervertere non potuisset, ad gradum Dia-  
 conorum detrusit. In alienis Diœcesibus  
 Chorepiscopos & Mansionarios (\*) ordi-  
 navit.

p. 104.

p. 195.

(\*) Videntur fuisse Ostiarii.

Sæculum VI. navit. *Stephano Episcopo Ortboseno li-*  
A. C. 518. *centiam fecit ordinandi in Diœcesi An-*  
*taradensi, vivente Episcopo Theodosio.*  
*Antiochiæ Severus Ecclesiæ ærarium dis-*  
*sipavit, & opera illorum, qui eleemosynis*  
*susientabantur, ad commovendas Seditio-*  
*nes usus est.* Inferius Episcopi profiten-  
 tur, se recipere quatuor Concilia, &  
 S. Leonis Epistolam. Præterea petunt,  
 ut Flaviani Patriarchæ Corpus Antio-  
 chiam revehatur, & Nomen ipsius Di-  
 ptychis inscribatur. Huic Epistolæ E-  
 piphanius Tyriensis, Andreas Sidonien-  
 sis, Joannes Ptolemaidanus, Theodorus  
 Porphyreonensis, Elias Zenopolitanus,  
 & alii Episcopi, qui non nominantur, sub-  
 scripserant.

p. 158.  
 p. 159.

Clerici quoque Antiocheni datis li-  
 teris ad Patriarcham Constantinopolita-  
 num Joannem, & Synodum ipsius, mul-  
 torum criminum Severum accusant. Di-  
 cunt: *Nemo ignorat, quantum Mona-*  
*chorum numerum Judæorum manibus ju-*  
*gulaverit. Horrendum oculis spectacu-*  
*lum fuit, cernere viros, qui in vitæ A-*  
*sceticæ rigore incanuerant, jacere proje-*  
*ctos nudos, insepultos, numero ultra tre-*  
*centos, canum & avium rapacitati expo-*  
*sitos. Æquali crudelitate Fideles in No-*  
*socomiis miserandum in modum necavit;*  
*nam carceres ibi condidit, in quibus mi-*  
*seri per tenebras sub flagrorum ictibus*  
*expi*

expirarunt. Toti Civitati notum, quam abominandas res apud fontes Daphnis fecerit, ubi magicis artibus intentus Demonibus incensum obtulit. Non pepercit sacris Altaribus, nec sacris Vasis, quorum aliqua confracta, alia liquefacta perditissimis hominibus flagitiorum ipsius consciis distribuit. Præter alia Columbas aureas argenteasque supra sacros Fontes & Altaria suspensas abstulit dicens, non decere S. Spiritum in forma Columbæ repræsentari. Ecclesiæ Reditus dissipavit, Domos & Agros optimos Creditoribus oppignoravit, ære alieno in immensum excrescente. Igitur quantum possumus obtestamur! liberate Ecclesiam nostram ab improbo homine, pœnas reo secundum Leges Canonicas & Civiles inferte, pauca Ecclesiæ Bona, quæ supersunt, servate; vobis persuadentibus mittat Imperator celeriter viros probos, qui cobibeant istorum Bonorum Curatores; quippe multa ad Ecclesiam pertinentia in suum quæstum converterunt. Cogantur reddere rationem, & quæ restant, curæ fidelium virorum committantur. Rogamus vos etiam, ut pro Fratribus nostris Episcopis, Clericis, Monachis & Laicis precibus vestris ab Imperatore obtinere conemini, ut revocentur, & ordini quisque suo restituatur. Ex his videtur, Edictum de revocandis Exulibus Antiochiam tunc

Sæculum VI.

A. C. 518.

v. Sup. L.

XV. S. 36.

Sæculum VI. tunc necdum fuisse delatum. Huic E.  
A.C. 518. pistolæ Presbyteri quatuordecim, Diaconi, aliique Clerici Ecclesiæ Antiochenæ, & duodecim Monachi, singuli ex diversis Monasteriis, subscripserunt.

## §. XL.

*Petrus Apamiensis accusatur.*

*p. 215.* Episcopi secundæ Syriæ quoque datis ad Joannem Patriarcham & Concilium Constantinopolitanum Epistolis Severum & Petrum Episcopum Apamiensem accusarunt, referentes, se utrumque anathematizasse, deposuisse, & excommunicasse, & rogantes, ut ab hac vexatione Auctoritate Imperatoris liberarentur. Huic Epistolæ subscripserant Episcopi plures; sed quinque, non plura, eorum Nomina leguntur. Ut demonstrarent, Petri Apamiensis crimina vera esse, Acta Judicialia coram Comite Joanne illius Provinciæ Rectore contra ipsum conscripta Constantinopolim miserunt. In iis Testimonio aliquorum Presbyterorum aliorumque Clericorum Ecclesiæ Apamiensis probantur facta sequentia: *p. 219.* *Rufino Ecclesiæ Apamiensis œconomo defuncto, Petrus Episcopus convocatis omnibus Clericis iussit, ut singuli coram Deo edicerent, an scirent, ipsum Ministerii sui tempore Ecclesiæ alicujus damni*